

D. D.
CYNOGRA-
PHIA,

QUAM,
CONSENS. EXPERIEN'T. FACULT. MEDICÆ
IN REG. ACADEMIA UPSALIENSI,
SUB PRÆSIDIO.

VIRI NOBILISSIMI ET CELEBERRIMI
**DN. DOCT. CAROLI
LINNÆI,**

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI, MED. ET BOTAN. PROF.
REG. ET ORD. ACAD. IMPER. MONSPEL. STOCKH.
UPSAL. BEROL. TOL. ET LONDIN. SOCII,

Nec non

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI.

PUBLICÆ CURIOSORUM CENSURÆ SUEMITTIT,
ERICUS M. LINDECRANTZ,

O-GOTHUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. XXI. DECEMB.
ANNI M DCCLIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ, Ex. LAUR. M. HØJER, Reg. Acad. Typogr.

4848
CO 82
KONGL. MAJ:TS
HÖGSTBETRODDE MAN,
OCH
SVEA RIKES RÅD,
CANCELLER
ÖFWER LUNDS ACADEMIA,
RIDDARE och COMMENDEUR
AF KONGL. MAJ:TS ORDEN,

Högwälborne FRIHERRE
HERR N I L S
PALMSTIerna,
NÅDIGSTE HERRE.

För.

EDER. EXCELLENCE.

Ögon.

Framläggas. Hår.

En Ringa Lårospän.

I.

Wördnadsfull. Förtröstan.

Att. Winna.

Nådigt. Hägn. Och Försvar.

Hwad.

I. Åmnets. Wärde. Saknas.

Erlätter.

EDER. EXCELLENCE.

Så. Høgt.

Wördade. NAMN.

Och. Som.

Thejs. Uphofsmän.

Ej. Annat.

Har. Att. Framte.

Till.

Ödmjuk. Erkänsla.

För. All.

Wederfaren. Nåd.

Täktes.

EDER. EXCELLENCE.

Uptaga.

Et. Wålment. Upfat.

Med.

Nådigt. Wålbehag.

Och.

Och. Tillåta. Mig.

I.

Så. Ömnigt. Mått.

Som. Hittils.

Njuta.

EDER. EXCELLENCE.

Höga. Hågu.

Och.

Nådiga. Åtanka.

Allmagten. Gøre.

EDER. EXCELLENCE.

Dagar.

Både. Glada. Ock. Många.

Till.

Det. Allmånnas. Sållhet.

Höga. Anhörigas. Hugnad.

Samt.

Många. Enskildtas.

Lycka. Och. Wålgång.

Framhårdar.

Med. Djupesta. Wördnad.

Till.

Dödsstunden.

EDER. EXCELLENCE.

underdån-ödmjuke tjanare.

ERIC LINDECRAVTZ.

ENKE-FRUN,

Wålborna

Fru MARGARETHA
CHARLOTTA
ROSENSTRÅHLE,

Min Huldesta MODER.

Med så mycket större skål, upoffrar jag, Min Huldesta MODER, denna förlingen af mina Academicke arbeten, som den endast, genom Edar godhet kommit i ljuset. The öma rörelser, som af Min Huldesta MCDERS mångfaldiga godhet och dageliga omsorg för min välgång, ständigt hos mig upväckas, skulle jag fåfångt bemöda mig att tillbörlijen yttra. En wördnadsfull tyftnad må heldre blifwa en tolk, af den hemliga erkänsla, jag häremot i mitt innersta hyser; eller hwad jag än widare utbeder mig är, att thessa blad må anses såsom ett nitfullt prof af min wördnadsfulla tacksamhet, som oftaft påminnes om sin skyldighet; fast jag ej förmår afbörda mig den skuld, i hwilken jag så länge häftat. Den Högste förlänge Min Huldesta MODERS lefnads dagar, under nyttjandet af beständig välgång och föllhet, önskar jag, som med all Sonlig wördnad ouphörligen lefwer

Min Huldesta MODERS

Lydigste Son,
ERIC LINDECRAANTZ.

KONGL MAF:IS
TRO-TJÄNARE och HÅRADSHÖFDINGE,
Wålborne
Herr JOHAN ADLERKLO,
Samt
BRUKS-PATRON,
Wålborne

Herr CARL GUST. ADLERKLO,
Mine käraste BRÖDER.

*Ej illa tagen upp, att jag på detta blad
Iör Edra wårda Namm för allmän åsyn båra.
Den dagen klarnat var, som gör mig mer än glad
Att närra Edert lof, och tekna Eder åra;
Fast weka fjädren syn's af wanmagt swigta neder,
Då bon bordt tekna rått Er wålförtjånta beder.*

*Ej Rökwårk eller Gull jag till mitt offer gjör;
Min ringa skånk jag Er på stamdat linne delar;
Och fast jag till Ert pris långt mér än detta bör,
Så wet jag Eder Uygå den bristen gerna belar;
Ån torde lyckan wål ett annat öde skifta,
Som kan min ringa magt i bättre willkor skifta.*


*Glöm' ej wid ledig stund, att skåda få det djur,
Jag wet Er roar nog i skogens lunder täcka,
J knapt sku finna ett som är af slik natur;
Och kan en sådan lust och undran i oss våcka.
Sidst önskar jag, at J må uti rolig lugnad
Få smaka alt det godt, som gör Er frögd och bugnad.*


Framhärdar med all Broderlig kärlek
Mine käraste BRÖDERS

Ödmjuke Tjänare,

ERIC LINDECRAVTZ.







I. N. 3.

PRÆFATIO.



Nihil in rerum natura existit, quo
mentes humanæ, magis dele-
tentur, animique mortaliū
in admirationem excitentur,
quam consideratio innumerarum
illarum dōtum, quibus
Omnipotens Creator *Quadrupe-
dia* instruxit; mirum itaque mi-
hi videtur, quod illorum historia, fere in hunc us-
que diem, dum reliquæ scientiæ, recentiorum indu-
stria, veterum se exuerunt fabulis, Zoologia nem-
pe Quadrupedum, adhuc coacta fuerit, in pannosis
suis vestimentis sēcē ostendere.

Animal illud notissimum, quod mērito Martyr
Medicorum dicitur, CANEM scilicet, cuius descrip-
tionem qualemcumque cum historia, heic tradere

A

con-

constitui, non ineptam esse materiam, Speciminis Academici loco, edendam, & a nemine mihi vitio vertendam, puto; nec dubitavit illustrissima Regia Scientiarum Academia Londinensis *Canem* in suum insigne eligere.

Hic idem Canis, apud omnes fere nationes, tantam invenit gratiam, ut in ædibus illarum adoptetur, & propriis earum eduliis nutriatur; immo nobiliores Domicellæ atque Matronæ illum in deliciis gentis humanæ sæpe habent, cum Melitæi catelli, Clientum instar ipsis sunt. Nec quisquam credat, hoc argumentum sat esse pertractatum, quamquam *Cajus de Canibus Britannicis*, & *Pauillus in Cynographia* sua prolixe de Canibus scripserint, ut alios taceam, quos Benevolus Lector sibi familiares reddat, si multa hac in re scire cupiat. Instituti ratio jam mihi non permittit, plura hac de re proferre, quam quæ in primis ad historiam naturalem attinet, nam si omnia ad historicam Litterariam, anatomiam comparatam, Medicamentorum compositiones &c. pertinentia, commemorare velle, opella hæc in volumen ad crescere, & vix finem attingerem.

§. I.

GENUS.

CANIS est *quadrupes* ordinis *Ferini*, cui Dentes molares superiores seni, inferiores septeni.

Primores superiores sex: lateralibus longioribus.

Primores inferiores sex: extimis, latere extimo, denticulo instructis.

Canis

Canini solitarii: superiores distantes a primori-
bus: inferiores distantes a molaribus.

§. II.

SPECIES.

Ad hoc genus, præter *Canem nostrum domesticum*, pertinent quoque, *Lupus vulgaris*, & *aureus*, *Hyæna*, *Vulpes campestris* & *vulgaris* atque *alba*, quos aliis relinquo; nam primam speciem mihi satis superque sufficiat pertractasse.

Canis, in systemate naturæ N. D. Præsidis, a reliquis speciebus hujus generis distinguitur. *Cauda sinistrorum recurva*, quæ nota characteristica in hac specie tam singularis est, ut inter quadrupedia vix unquam unum reperiatur, quod caudam hoc modo reflectat; cum enim sub cursu non recta incedat, sed latus dextrum antice obvertat, necesse est, ut cauda a latere adverso seu con contrario reflectatur, ne aeri resistat; si autem unus ex centum caudam dextrorum flectat, non magis variat rem, quam homo digitis sex, suam speciem.

Exempla ex anatomicis habemus, e quibus satis convinci possumus, quod structura corporum, tam animalium quam hominum, præternaturalis & interdum plane inversa fuerit, idque eo ordine, ut ventriculus cordis sinister fuerit dextrorum & dexter sinistrorum, & sic per totum corpus reliquæ partes ordinem servarunt perversum. Nulla mihi data fuit occasio ejusmodi *Canem* aperiendi, qui caudam flectit dextrorum, quapropter aliis obser-

vandum relinquo, annon scilicet Ren alter, qui alias sedem suam superne habet, apud tales inferius collocetur.

§. III.

VARIETATES.

VARIETATES canum fere innumeræ sunt, & proflus plures quam reliquorum animalium. Præcipue apud auctores & quæ communiter nominantur, sunt sequentes

1. *Canis domesticus* s. *villaticus*, magnitudine vulpis, Auriculis erectis, Cauda subtus fere lanata. Nostratibus *Hushund*.

2 *Canis Sagax*, vulgo *Vestigator*, Auriculis pendulis, Cauda minus recurvata, Digito spurio ungivulato ad tibias posticas, Occipite prominulo, vulgo *Venaticus* dictus. *Jagthund*.

3 *Canis Grajus* magnitudine Lupi, Rostro attenuato, Dorso convexo, Abdomine angustato, Cauda laevi, Pedibus angustis. Nostratibus *Vinthund*.

Ob miram alacritatem in currendo, licet minus latret, in venationibus magna felinatione factis, nullus est.

4. *Canis Mastivus* seu *Moloffus*, magnitudine Lupi, undique torosus, crassus, Labiis inferioribus ad latera laxis & propendentibus. Ejusmodi saepe inventantur in macellis & ad pecora a Lupis servanda apti. Nostratibus *Blohbund*.

5. *Canis aquaticus*, apud nos *Anglicus* dictus, notabilis Pilo longo cripto, instar ovis.

Hic

Hic præ ceteris docilis & fidelis; faciliusque a-
quam intrat. Nostratibus *Dogg.*

6. *Canis Meliteus*, est pygmeus, magnitudine
sciuri, Domicellarum oblectamentum, quem secum
portant dum ambulant, in sinum excipiunt dum quie-
scunt & in lectum dum dormiunt. Nostratibus *Knä-
bund.*

Hic parvus fit, dum catuli spina dorsalis spiri-
tu vini & oleis acribus inungitur, & inedia premitur.

7. *Canis Fricatrix* distinguitur Naso retuso, resi-
mo, brevissimo, nigro; Corpore brevi, quadrato;
Auribus pendulis. Communiter reliquis mitior & hoc
ævo apud nos vulgatissimus evasit. Nostratibus
Mops.

8. *Canis Vertagus*, distinguitur Pedibus brevis-
simis, curvatis & truncō longiore; in patriam in-
troducetus non ita pridem a gloriosissimo Rege FRI-
DERICO I; facilius cryptas & antra Vulpium, Me-
lum, & Cuniculorum intrat. Nostratibus *Hanse.*

9. *Canis extrarius s. Hispanicus* nuper etiam apud
nos & in primis ad aulas procerum & magnatum gra-
tiam invenit, distinctus Corpore parvi, lævi, Auri-
culis longis, propendentibus, lanatis. *It. Wgot. 117.*

10. *Canis avicularius*, Corpore saepius variegato,
Cauda truncata, quæ catulo adolescente putredine
& tabe corripitur ac decidit, superstite basi vix palma-
ri. Nostratibus *Rapphönbund.*

11. *Canis Ägyptius* nudus & depilatus, saepius
absque omni pilo, Cute nigra instar Morionis. No-
stratibus *Nakenhund.*

§. IV.

DESCRIPTIO.

Describendis quadrupedibus haud mediocreis sufficit exercitatio, nam s̄epissime apud auctores invenio cetera animalia, quam accuratissime, Quadrupedia vero quam pessime esse descripta.

Varietates Canum, ut nuper ostensum, quam plurimæ sunt; Permulti eam foverunt opinionem, ab initio plures fuisse Species, alii autem per partum hybridum & generationem æquivocam cum aliis Feris, tot varietates existisse. Si vero attentius inspiciamus speciem, unam eandemque esse, facile constabit.

Caput horizontale, ante oculos angustatum, pilis brevioribus rectum, Cranium elevatum vertice carinato.

Dentes primores superiores sex, recti, paralleli: lateralibus remotis.

Primores inferiores paralleli: exterioribus lobo lateralí instructis.

Canini ubique solitarii, subulati, maiores: superiores utrinque remoti, inferiores tantum postice remoti.

Molares superiores sex utrinque, inferiores septem, acuti, sublobati.

Labium superius obtusum, fornicatum, lateribus tegens inferius, antice lacuna longitudinaliter connivente excavatum.

Inferius margine lateralí occultato, nudo, molli, obtuse denticulato instar cristæ.

My.

Mystaces labii superioris ex vibrizis rigidiusculis, antrorsum flexis, quinque vel sex ordinum horizontalium, insidentibus papillis verrucosis: superiore ordine remotiore. *Labium* inferius antice plurimis papillis setiferis adspersum est.

Nasus prominet ultra labium, obtusus, nudus, rugosus, humidiusculus. *Narium* foramina rotunda, extrorsum recurvata sive lunari.

Oculorum Iris grisea, *Pupilla* nigra, *Membrana Nictitans* intra canthum oculi majorem, brevis. *Supercilia* vix illa, quamvis pili in palpebra superiore, versus canthum minorem, promineant.

Auriculae pilosae, oblongo-ovatae, margine baseos superiore reflexo, margine postico versus basin duplicato: interiore bilobo.

Verrucæ faciei septem.

- α) *Unica* supra canthum oculi majorem.
- β) *Unica* in medio utriusque Malæ.
- γ) *Unica* utrinque extra dentes molares.
- δ) *Unica* impar, sub gula.

Lingua lœvis, obtusa, planiuscula, longitudinaliter canaliculata. *Pakatum* transversim profunde sulcatum.

Collum teretiusculum, longitudine fere capitis.

Truncus teretiusculus, versus abdomen postice attenuatum.

Suturæ velleris distinctissimæ & singulares sunt XIII.

α) *Unica* utrinque ab auricula, per latera collis, flexuosa descendit ad basin sterni & connectitur

Etitur cum opposita, ubi vorticem non minus format, quam in medio itinere ad latus utrinque colli.

$\beta)$ *Unica* impar a basi sterni ad ejusdem apicem ducta, ad nexa priori.

$\gamma)$ *Unica* a flexura cubiti ad manum.

$\delta)$ *Unica* ad anum brevis, transuersalis

$\epsilon)$ *Unica* ab umbilico, latera abdominis utrinque ambiens, ad ingvina definens.

$\zeta)$ *Unica* ab ano ad poplites.

$\eta)$ *Unica* brevissima ad Canthum oculi minorem.

Pedes antici Digitis quinque, semipalmati, vestiti: Digitis duobus intermediis æqualibus, longioribus; duobus lateralibus æqualibus, brevioribus; Pollice ad latus interius tarsi brevissimo. *Calcaneum* sub basi carpi, digitii forma, muticum, apice nudum.

Pedes postici anticis simillimi, sed absque pollice.

Ungues convexi, modice compressi, obtusi, in omnibus digitis fixi, quos nunquam retrahit, hinc obtusiores evadunt.

Cauda cylindrica, pedibus brevior, sinistrorum recurvata, pilis vestita, quam hilaris recurvat, timidus vero inter femora inflectit.

Scrotum vestitum quoad partem. *Præputium* prominulum, vestitum.

Mamæ in foemina decem, quorum sex in abdomen, quatuor in pectore. At in Masculo mammæ tantum sex in abdomen, in pectore vero nullæ.

Tot notæ speciales canis, satis superque ostendunt, varietates datas non constituere distinctas species. Ex datis etiam colligitur *Verrucas* naturales

les & Suturas velleris, minime uti hucusque a Zoologis omnibus factum, in descriptione Animalium, prætereundas esse.

§. V.

INGESTA.

Ex dentium structura facile concludere possumus, quod animal sit carnivorum, non vero omnes appetit Carnes; testatur quotidiana experientia eum Aves viroso odore infectas non tolerare: e. g. *Colymbus arcticus* globo perfoissus, ex aqua non adportatur a Cane aquatrico, qui quidem primo insultu avide illum prehendit, mox tamen ob odorem adversum demittit; sic ossibus anserum non vescitur, & multo minus *Accipitre*, *Corvo*, *Cornice*, aliisque. Naturæ Auëtor, sapientissime hoc modo odoratas aves & imprimis rapaces a morsu Ferarum convivarum & rapacium liberavit, quæ alias illis sæpissime cibus essent commodus. Teste D. D. HASSELQUIST, (populari meo quondam dilectissimo) in urbe Cajro, singulis annis, canibus stipendia dantur, quibus quotidie caro emitur, & extra urbem in Canum & Vulturum alimentum ejicitur, quo hi sustententur, qui conjunctis viribus cadavera consumant & aerem purifcent, ubi inter se amicissime conspirant Canes, & Vultures, ut non tantum in eodem nido pullos educent, sed & ex eodem cadavere cibum aslumant amicissimi.

Cadavera etiam putridissima illis tanquam deliciæ
B. sunt

sunt. Canis enim, etjamsi in aula educatus, inveniatur nullus, qui fœtidissimum cadaver, data occasione non vorat. Prædam non vulneri inhiando, sed trahendo dilacerat, & dum esurit, ipsa ossa integra deglutire valet, quæ tamen, mirum dictu, in ventriculo solvuntur, ita ut nullum animal mihi notum sit, quod tam firma possidet organa Chymificationis : inopia carnis, Pisces, fructus, herbae succulentæ & omnia ex farina parata, cibo inserviunt; vix ac ne vix quidem Olera cruda & pure vegetabilia illum edere observamus.

Si ægrotat, ut sæpiissime evenit ingruente tempestate, quod ex nausea & odore fœrido, quem spirat, colligitur, folia quorundam Graminum præsertim *Tritici repentis*, aut *Canini*, vel *Dactylis glomerati* assumit, quibus *vomitus* excitatur, sive curatur. Satur cibis aut nausea correptus Canis, invidus ad pastum adigitur, si aliis accersetur Canis, quem ringente ore & dentibus denudatis, oculis fulgentibus & erectis pilis dorsalibus cum murmure irato repellit. Si clanculum cibum abstulerit, quasi facti conscius, canda demissa & incurvata in fugam se conjicit.

Potus ejus est aqua, & quidem in parva dosi, quam lingua exserta solum lambendo haurit, quia nasus ejus prominens hauriendo bibere non sinit, ne narium foramina demergantur.

§. VI

EXCRETA.

Excrements plerumque sunt scybala dura, & quan-

quando ossa in cibum sibi assumpsit, *alba*, quæ a Pharmacopœis *album Græcum* sive *Magnesia animalis*, appellantur.

Natura eum docuit, ne promiscue sua depositat excrements, uti cetera animalia, sed supra stipites & Lapidés, vel alia sterilia loca, idque non sine causa; nam hæc excrements, nunquam vegetabilia alunt, sed omnimode destruunt, quod in primis apud Canes catenarios videtur, ubi omnes perennant plantæ, exceptis **POLYGONO aviculari & SISYMBRIO Sophia Chirurgorum.** Insecta ne hæc quidem excrements attingunt, quoniam maximam vim septicam possident, quod olim perspicacissimus Listerus observavit, siquidem, dum quis calcavit excrements nuper deposita, calceamenta, licet recentissima & fortissima, intra octiduum in eodem loco corrupta evadunt,

Urinam quoque ad parietes, lapides vel stipites libenter reddit, præprimis, si alias Canis antea eundem locum Urina irroraverit, idque femore elevato, & si plures convenient superbi Canes erectis in service pilis, alternatim naſu anum alterius olfaciunt ac si inde familiam hariolarentur, & iteratis vicibus vel centies ſæpe adſpergunt ſua urina, ut mirari liceat unde tantam urinæ copiam acquirant, quod tamen Catelli imitari non posunt; qui caligas ex pilis Canum habent, hoc incommodum & contumeliam, ut ita dicam, pati coguntur.

§. VII.

MOTUS.

Canis expedite currit & multa vestigia irrita facit. Dominum suum proficiscentem facile sequi potest, idque per totum fere diem, & licet roridus evadat, tamen non sudat. Sub motu vehementiori exserit ultra os lingvam, cuius extensione magna & repetita retractione, tantum frigidi aëris haurit, ut sanguinem fervidum refrigerare possit.

§. VIII.

QUIES.

Cubitum iturus semel vel bis plerumque circumvadit, ut commodum sibi eligat locum, & quam sœpius supra pectus capite ad latus reflexo, vel etiam Capite supra pedes anteriores, quasi supra pulvinaria jacet.

§. IX.

SOMNUS.

Somnus admodum parvus & minime securus, licet sœpius cum stertore; quamvis enim dormiat, ad omnia, in primis noctu, fere melius, quam si vigilaret, attendit. Ideoque custodes nulli aptiores esse postulant his, qui etiam minutissima observant, *& levissima canum, fido cum pectore, corda* Lucret. Singulare est quod oscitet cum evigilat. *Somnia* sese sub somno insinuare apud canes evincunt pedum motitatio & levis latratus, præsertim in junioribus.

§. X.

§. X.

PROPAGATIO.

Catuliens fœmina, statim menstruat, vulva intumescit & sic sequitur libido. Canes vicini gregatim congregantur & illam circumquaque seqvuntur; ad domum advigilant, & se invicem mordent, ubi parvuli Canes semper cedere coguntur, & quicunque succumbit crudeliter, ab omnibus procis, mortibus appetitur; succubens autem se in dorsum prosternit ejulatu milerrimo, nec alii, uti reliqua animalia, opem ferunt in angustiis constituto, sed eundem, morsu magis destruere conantur. Rabidae Libidinis Catula admodum sollicita, hinc illinc discurrit, procos initio mordet, at illi eam, mortu licet maxime lacesiti, nunquam adgrediuntur, nisi sint castrati. Sub libidine sua, quæ per novem, solenniter dies durat, varios admittit Canes; dum mas semper sub copula, per aliquot horas, fœminæ adeo cohæret, ut vix separari possint. Mares admodum salaces, more libidinosorum hominum, in senectute cœcutiunt; nullam gerunt curam suæ sibolis, quoniam fœmina est Polygama; quæ lex in regno naturæ fere generalis est.

Per sexaginta vel sexaginta tres dies grava est fœmina, & dum connexa fuit grosso Cane, quem præ ceteris præoptat, quasi naturalem ac suæ speciei debitam conservare vellet magnitudinem, majores, quamvis magno dolore, parit catellos. Ipsa obstetrix est, umbilicum dentibus absindit, sine metu hæmorrhagiarum, & secundinam comedit.

Catela

Catelli cœci nascuntur & intra undecim dies
vîlum non assequntur, quo sub tempore & quam-
diu matris fugunt ubera, genitrix urinam & excre-
menta illorum haurit, ne minima impura macula
nidum contaminet; ceterum de catulis suis valde
sollicita illos defendit & multum lingit.

Quovis partu sæpius octo, interdum decem, e-
dit catellos, quos, si disjiciantur, mater iterum per-
quirit, magisque prudentia, illos in ore ad nidum
portat, & quod attentionem meretur, semper opti-
mum primo retinet catellum, quem venatores po-
tissimum conservant. Ex diversa structura pullorum,
uno eodemque partu enixorum, qui referunt va-
rietates patrum, facile colligitur, matrem una ea-
demque libidine sæpe concipere a variis maritis.

Observatu dignum est, quando **Canicula Aquati-
ca** e cane Lævi fecundata, quod illi solummodo
catuli, crispati evadant, qui sexus sunt fœminei;
ita quoque, dum fœmina glabra, e cane aquatico
imprægnata, catuli masculini solummodo crisi-
fiunt. Hoc phænomenon quoque obtinet, quan-
do gallinæ Crispæ cum glabris nuptias celebra-
runt, quæ experimenta generationi lucem aliquam
adfundunt.

Dum Catelli discurrere incipiunt, calceos arrodunt
& quidquid illis occurrit, gestant & trahunt, signo
eos dentitione laborare. Intra anni spatiū debitam
habent magnitudinem, quo sub tempore alacriores
& jucundiores sunt. Sexus sequior, sæpe intra an-
num, marem admittit.

SONUS.

Sonus Canibus admodum sonorus & singularis est, præsertim quem irati ebuccinant, *Latratus* dictus, qui magis sonorus & promptus quam aliis cunusda animalis, quique e longinquo exaudiri potest; eo tanquam minis, peregrinos & hostes omnes excipiunt & prosequuntur, ac si quovis momento inharent. Solent autem facillime repellri, si quis manu expansa unguis ostendat, vel manu terram versus prehendat, quo se in fugam conjiciunt, quamvis mox recurrant Timidi & circumspecti, ne lapidem sumferit homo, & si lapidem conjiciat, dimitit Canis hostem, dum mortuam lapidem apprehendit. In intala Juan Fernandez consuetudinem latrandi omnino obliti erant canes, idque ita ut cum anno 1743 capti essent a nautis & inter illorum Canes, qui latrare possent, positi, magna cum difficultate ab illis artem discere potuerent. *Ulloa itin.* T. 2. p. 25.

Idem etiam in Urbe Cachao observatur, hinc canes ab Europa sumunt, ut horum indicio latronum insultum avertant. *Cfr. Collect. d' Hist. Gen. des voyages* T. VIII. p. 211.

Lappis & Dalekarlis est arcana, nobis ignotum, furiosissimum Canem latrantem in momento in fugam conjicere, ut taciturnus caudam inter femora flectat & se recipiat occissime, quod vocant **Hugsa**.

Ejulante Hero, ejulat & canis fidelis, sono miserabili, quem etiam dum campanas pulsari & tibias inflari audiunt, exclamant, signo eos musica minime delectari.

§. XII.

ÆTAS.

Ætas ad annum duodecimum vel decimum quintum communiter sese extendit.

§. XIII.

MORES.

Ingenii analogo inter bruta animantia acriori pollet, quare & docilior est, quam aliud quocunque animal; hinc discere potest foras ad exonerandam alvum ire; villam ab animalibus ignotis liberare; vigilantia sua domum servare; domesticis, si quid periculi adsit, latrando signum dare, si videlicet fures vel ignoti homines praesto sint. Ob has suas virtutes a ruricolis, quam saepissime ligatur ad portam, ut latrando indigitet, quando quis accedit. Trahae vel currui adest & commissas merces in via publica, Domino absente, quam fidelissime defendit.

Apud exterros saepe in culina coquo intervicit, cum in rota versatili, veru extremitate adfixa, ambulando efficit, ut caro rite agitata ante focum affetur, & peracto labore, portiuncula assaturæ ei porrigitur instar sosti. Pedibus posterioribus erectus ambulare, sedere, choreas agere, & dum pecunia ei porrigitur, panem emere; rem deperditam Domini, quamvis longe distet, perquirere; literas ad portare &c. addiscit: & quis omnia enumerare queat, quæ Canes discere possunt? summa fidelitate prosequitur Dominum, quem sequitur quorsum & quamdiu iter faciat, saepius in via constitutus respicit,

spicit, num Dominus adveniat; alacris præcurrit, laetus autem insequitur. In bivio vero constitutus, si prior currat canis, expectat quoad Herus aderit, ut videat, quæ via sit capescenda; Domino contra adversarios quosvis auxilium ferre conatur.

Herus, cum domum redit, excipitur a Cane, qui adsiliendo lætitiam ostendit summam; cum liberis colludit & domesticis non allatrat, nedum mordet. Mendicos summo prosequitur odio, tanquam suos competitores. Cum alieni adveniunt Canes ipse in domo vult dominari, peregrinus; licet major, cedit minori, qui domesticus est. Canes, qui ab Indis educantur, Hispanos cohabitantes odio habent, & vice versa. *Ulloa itin. T. I. p. 465.*

Dolorem & fidelitatem suam mortuo Domino sæpiissime monstrat, immemor enim alimentorum, tristis adsidet funeri, quamdiu ei permisum fuerit; ad mensam quotidie servit, ut ossa aliqua accipiat, & gestibus suis novit mendicare, præsertim si caro adsit.

Canes *pecuarii* commissam gregem per totum sequuntur diem, hostes latrando profligant & Boves vel Oves a Feris defendunt, contenti modica cibi portione, quæ eis mane saltem & vesperi porrigitur. De cetero ova, pullos avium & leporum in sylvis investigant, &, ad venatorum magnam indignationem auferunt. Mirandum sane est, quam prudenter natura genus gallinaceum sylvestre a Feris testum esse voluerit, illo enim tempore quo *Tetraonum* species in sylvis ova fovent ipsam

ipsum terram, omni carent odore, adeo ut Canis, etiam si sagacissimus, æque ac reliquæ Feræ, Urogallum & Tetraonem minorem inscius præterire cogatur. *vid. It. Scenic. 358.*

Apud Gallos aliosque pecora, quæ prope agros pascuntur, sequi solent Canes, ut ista impediunt, ne segetem attingant, unde sumptum & laborem sepibus exstruendis impendere non tenentur incolæ.

Eodem Canum beneficio utuntur Lappones, quorum Rangiferi uno cœtu aliter non continerentur, sed huc illucque current; canes hi, Pastoris focii, inter ordinandam gregem Mures alpinos, alias Lemler vocatos, qui ibi ad magnam copiam inveniuntur, edunt.

§. XIII. OLFAC TUS.

Odora vi magna Canis Dominum suum investigat, persentiendo exhalationes ex ejus vestigiis, ut inter multa millia hominum illum inveniat, in templo, foro aliisque.

Venaticus Canis, naso attento, multo facilius sequitur vestigia, quam aliis visu in ipsa recenti nive; & quod peculiare est, illa sæpiissime vestigia odoratur, quæ ante diem pressa sunt, quo vero proprius accesserit ad bestiam, eo crebrius & vehementius signum latrando dat, ne abscondere se audeat animal.

Venatio vix hominibus esset oblectamento, nisi canes haberemus, qui incomparabili suo olfactu,

etu, & voce sonora nobis hac in re usui sunt. Mirum multis videtur, quod ingenia hominum inde delectentur, quod insidiose vitam timidi & inermis leporis, auxilio omni destituti, extingvere queant, qui cœtu canum gulotorum circumdatus est.

In Norlandia & Lapponia alio plane modo venari solent, quam nostrates; Canis enim ibi adligatur ad Cingulum venatoris, postomide adposita, ne latret, & cum Canis taciturnus naso elevato, persentiscit animalis odorem ab aëre adductum, venatorem ad feram dicit.

Immo tanta odorandi vis canibus inest, ut Canis avicularius possit latrando designare, quod avis in hac vel illa arbore sedeat; sic quoque stando indicat, ubi Perdices in agro jaceant, eas denique ad mandatum venatoris lente pellit & tandem perterret.

Collectis viribus Ursum tenet; Taxum e speluncis expellit, & ubi ad litora repit, Anates, quæ in aquis natantes illum mirantur, proprius ad se allicit, ut venator eas globo feriat; dum animalculo cuidam supervenit, venatori signum dat, ut alia taceam. Tubera apud exterios canum ope in sylvis investigantur, quæ levi latratu & terræ fossione indicant.

§. XV.

Apud Siberiacos plures Canes rhedam trahunt, uti apud nos Equi & Rangiferi, quibus viatores ab uno diversorio ad alterum proficiuntur, & peregrinatores, qui ibi versati sunt, testantur

omnes, antequam viatores veniant, per totum diem illos ululare, signo tanquam infallibili incolis, quod quis iter facturus, proxime appropinquet.

In urbe Lima canes sunt tanquam *Vaticinatores*, nam antequam terræ motus eveniat, ululando latrandoque illum annunciant. *Ulloa itin. tom. I. p. 465.* Apud Nos, Matres familiarum, ex Canum multo latratu, se posse vaticinari credunt, quod peregrinus quis adventurus sit.

Præsides Chili, in Insula Juan Fernandez appellata, canes plantaverunt ad Capras extirpandas, quarum causa hostes hanc insulam invitere cœperunt. *Ulloa itin. v. II. p. 21.*

§. XVI.

M O R B I.

Morbi Canum varii, præcipui vero sunt *Alopecia & Scabies*, dum se ipsum supra dorsum commedit; hoc in primis fit dum permultum edit carnis, fieri quoque cicitur, si sanguinem humanum hauriat; morbus frequentior in Regionibus calidis & ubi canes se non lavent.

Tenia haud raro carent, dum aquam turbidam bibunt.

Cæcitatem & Coprofisi mares in primis laborant.

Rabies cum *Hydrophobia* est morbus, qui propriæ generi Canino competit, furibundi sunt, & notissimos, sive homines sive animalia fuerint, mordent, quæ eodem inficiuntur morbo; mirum profecto phænomenon, quod si homo vel animal aliud, solummodo a dente Canis laceretur, eodem imbuantur genio,

genio, ut mordeant, latrent, lingvam expor-
gant, anhelent, &c. adeoque canis naturam imitari
studeant, quæ historia in libris Medicis tricissima. In
america meridionali canes euidam morbo venereo,
variolis haud dissimili, subiecti sunt, qui ab incolis
Pestis appellatur. *Conf. Ulloa itin. T. I. p 243.*

Acarus Fn. Sv. 1193.

Hippobosca Fn. Sv. 1043.

Pulex Fn. Sv. 1171. canibus magnam adferunt
molestiam, tempore in primis aestivo.

Sed neque Pathologiam, neque Medicinam ca-
num heic demonstrare animus mihi est, nam per se
hæc per ampla est scientia.

Meminisse saltem sufficit experimentum sin-
gulare, quod si oleum quoddam distillatum Tere-
binthinæ, Juniperi &c. aliquot guttis caudæ apici
instilletur, misere inde vexantur canes, latrando,
currendo, caudam mordendo, dolorem summum
indicant, qui per plura minuta durat.

§. XVII. U S U S.

Albo Græco Chirurgi utuntur in cataplasmati-
bus, tanquam optimo Medicamento septico, dum
scopus est, ut tumor necessario aperiatur. N. D. Præ-
ses dudum de hac vi sua propria experientia convi-
ctus fuit, quod nihil præstantius & huic in tali
casu anteponendum.

Aleps canina quasi emolliens, in morbis pecto-
ris, vulgo innotuit.

In

In Colica a quibusdam canis vivis supra stomachum imponitur, felici cum successu.

Canes juvenes a *Podragicis* adhibentur, ut pedes illorum perpetuo lingant, & eo modo materialm podagricam auferant; varii hoc modo valetudinem recepere pristinam. Exemplum recentissimum in Quæstore Holmiæ *Ajchelin* habemus, qui summe podagricus a Cane Melitæo lambente pedes curatus, unde Canis podagram accepit & mortuus fuit. Hic idem *Ajchelin* per duos annos liberabatur a Podagra, iterato tamen laborabat morbo, quare alium canem sibi acquirebat, cuius lingendi opera, iterum sanitati restitutus est.

Tibialia e pilis canis aquatichi omnium calidissima sunt, hinc arthriticis solatum.

Si quis a Cane mordente pilos desumit, & vulneri ab eodem Cane factō imponit, facilius curari vulgo creditur.

Ulceræ manantia Canes lambendo curant.

Vellere canino pro fimbriis circa mitras hyemales Rustici nostrates persæpe utuntur.

Coriarii albo græco utuntut, ad coria præparanda.

Sic quoque canes super antra, ubi Lupi capi solent, ponuntur, ut latrando vel ululando Lupos illicent.

§. XVIII.

Omnia illa emolumenta, quæ hi Martyres Medicorum anatomicis præstiterunt, heic enumerare supersedeo; adferam solummodo experimentum *Aelii* in detegendo *vasa lactea*; *Pecqueti* in demonstrando

Ductum

Ductum thoracicum; Harvæi in Circulationem sanguinis, Loveri aliorumque in Transfusionem & Infusionem, illudque experimentum, quod, ligato vel seculo nervo recurrente, latratu omni destituatur; sic quoque ex Canicidiis, Tænie natura dilucide perspecta est. Qui canicidam infamem habent, milere errant, nec perpendunt, quam exigua sit differentia inter Canem & Lupum s. Vulpem, quibus quivis sine ignominia corium detrahere potest.

§. XIX.

Olim Romani Catellos summa cum voluptate manducarunt, quodque Chinenses hodie faciunt. Non exinde tamen sequitur, neque ego contendeo, illos vel alias ejusmodi feras in alimentum laudabile hominibus cedere.

§. XX.

Cuique notissimum, quo amore Canes ab hisjus ævi formosissimis Domicellis currentur, colantur, blandeque compellantur, immo quam absurde, basia sæpiissime dentur illis, qui eadem cum sociis nuperime per partes corporis posteriores commutarint, & vulvam caniculæ linixerint, sive olida cadavera ederint; admittunt tamen venustissimæ Virgines & Matronæ, ut in omnium præsentia os illarum lingant, ad fastidium & nauseam spectatorum; ut reticeam, quod locum eis secum relinquant in lectis pretiosissimis; a quo amore, si quis pudor, abstineant & caveant, ne Rabiem & Hydrophobiam a contubernali reportent, quod tristissimo eventu sæpius factum novimus; ne dicam, quod Canes socii, immundis pedibus & urina, pretiosissima aulea, sellia & vestimenta conspurcent.

T A N T U M.

Til Herr AUCTOREN.

Män kitslig tunga mera frågar :
Hwad frugt naturens kundskap ger ?
Låt Momus häckla, om han vågar ,
Apollo åt hans afund ler :
Från Kungars hof til minsta hydda
Des höga wärde klingar wäl ;
Jag tror att werlden skal med nyitta
För denna kundskap wara trål .

Er frågd , min Herre , har Er drifwit ,
Att skildra för oss lifligt af
Ett djur , som werck'lig högst har blifwit ,
Se'n män'skan brukte det til slaf ;
I största Hof det plats har wunnit ,
Och främsta fåtet altid tar :
En Chloris båst lår hafwa funnit ,
Hwad tycke det hos henne har .

Wi derförf' Er stor heder böra ,
Då wi få känna sådant djur ,
Som kan de grym'sta hjertan röra ,
Fast det är sjelf af wild natur ;
Ja alla Nymph'er sku Er prisa ,
Till Eder åra börja sång :
Sjelf Pan med djuren skal sig wisa ,
Och hedra Er med dans och språng .

C. A. P.